

JOANNIS MAURITII
GUDENI
HISTORIA
ERFURTENSIS
AB VRBE CONDITA
AD REDUCTAM
LIBRI IV.



DUDERSTADII
TYPIS JOANNIS WESTENHOFF
Anno Christi MDCLXXV.
Erfurti apud Joannem Bircknerum.

* MCCCC.

Moguntinus
habitâ judi-
ciali discus-
sione inno-
cens repertus
MCCCCIII

Rupertus Cæ-
sar Mogun-
tinæ Sedi pa-
triâ amicus.

XXI.

Collegiū por-
tæ Cœli fun-
datum.

& moenia tutatur. Elector quadraginta
hastarios in præsidium misit, quibus Ci-
vitas Comeatum, Elector stipendia sol-
vit. * Minuit periculum secuta Ruperti
Palatini in Cæsarem Electio, qui cum in
facinus inquireret, † propriâ Reorum
confessione, ipsius etiam Archi Præsulis
jurejurando, innocentem eum, & iniquè
diffamatum reperit. * Lata ergo contra
Waldeckium & complices tanquam faci-
noris auctores, & executores, sententia,
ipseque Joannes innocens declaratus est.
Fuit aliàs Rupertus † ille Moguntinæ Sedi
parum amicus, contra quam potestate
Cæsareâ, præsertim in dandis privilegiis
sæpè abusus est. Huic Urbi exemptionem
fori, (a) ut non nisi in iudicio aulico,
& Rotliwensi stare teneretur, in Sedis æ-
mulationem tribuere conabatur, at illa
Judici legitimo adhærere, quam iniquam
exemptionem acceptare maluit. (b)

Hoc sæculo Urbem in felicitate sua ado-
levisse dixeris. Splendida passim ædificia,
turre & templa huic ætati se adscribunt,
literarum studiis erecta collegia: primum
Portæ Cœli † ab Amplonio Fago Medici-
næ Doctore, (c) patriâ Rhenobercensi li-
beralissimè fundatum. Emerisit is opu-
lentâ arte, ex inopia ad divitias, urbem-
que

(a) Allegarunt illud Erfurtenses in tractatibus Monasteriensibus.

(b) Quod secuta praxis ostendit.

(c) Extant fundationis literæ.

que pa-
bus ad
leemo
tavit.
Secund
tem ab
Apost
ubi in a
phio,
collegi
quenti
manicæ
Basilius
rio vixi
gine m
quos in
consec
la fallit
nisi dec
Electo
ti, Vi
pecuni
dit ergo
sæculo
expert
habent
Urbis e
peraba
nobiliss
rium,
forum

(a) Docum

(b) MS. C

que patriam, Sostensem, & alias, à quibus ad studia proficiscens viaticum, & Eleemosynam acceperat, stipendiis hic ditavit. Primus ejusdem, & Universitatis Secundus Rector, postea solutus per mortem ab uxore Coloniam revertens ad SS. Apostolos inter Canonicos assumptus est, ubi in ambitu, extante hodieum epitaphio, sepultus. Bibliothecam suam huic collegio legavit, manuscriptis adeò frequentibus divitem, ut inter illustres Germaniæ numerari valeat. * Eadem ætate * MCCCC
 Basilius Valentinus in Divi Petri Monasterio vixit, arte medicâ & naturalium indagine mirabilis. Insuper ijs accensetur, quos in augmentum spei nominant aurum confecisse, sic alienâ dementiâ post sæcula fallit, ideò minus culpabilis, quod non nisi decipi amantes facultatibus exuantur. * MCCCCX
 Elector (a) Joanni ab Allenblumen, equiti, Vicedominatûs officium, acceptâ pecuniâ, ad dies vitæ concessit. Ascendit ergo ad summum fortunæ apicem hoc sæculo Civitas, sed cui nihil esse propius experta est, quam præcipitium. Semper habent aliquid acerbi res secundæ. Sic Urbis etiam felicitas multis incendiis tem- * MCCCCX
 perabatur. * Orta † subitò flamma (b) IV. *Incendia*
 nobilissimam Urbis partem forum glastanium, vulgò Anger dictum, *biennio post *varia Erf.*
 forum raparum, clypeatorum & pupillarum VI. * MCCCCX

(a) Documenta Archivi.

(b) MS. Chron. Erfurt.